



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Thomæ Comptoni Carleton, Cantabrigiensis,
Societatis Jesu, In Collegio Anglicano Leodiensi Sacrae
Theologiae Professoris, Cursus Philosophicus Universus**

Carleton, Thomas Compton

Antverpiæ, M.DC.XCVII.

Dispvt. XXXVI. De propinquitæ causæ ad agendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95656](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95656)

Actio rem
intrinsicè
afficiens non
possit ubi
non est.

illo loco statuere, tribuendo ergo singula singulis, res per actionem conservatur, hic vel ibi per ubicationem. Contrà, licet solius actionis munus sit rem conservare, cum tamen actio sit causalitas intrinseca,

non potest eo loco rem conservare, ubi non est, cum nisi illic ubicetur, efficere rem intrinsicè non possit, ut per se videtur manifestum.

DISPUTATIO XXXVI.

De propinquitate causa ad agendum.

SECTIO PRIMA.

Darine possit actio in distans.

SECTIO II.

Præfertur sententia negans actionem in distans.

I. Prima sententia est affirmativa? ita Okamus in 1. d. 37. q. unica. Avicenna de Anima, f. 4. c. 4. Alex. 1. Met. comm. 18. Gabriel, Bassolis, & affirmativa. Mairon. tribui etiam solet Scoto: de cuius tamen mente plura sec. sequente.

II. Præcipue nititur hæc sententia quibusdam experientis: primò magnus ignis producit calorem secundum omnes suas partes in manu, velligno, & tamen partes remotiores nihil agunt in propinquo- res, cum simile non agat in simile, ergo partes remo- tæ ignis agunt in distans nihil agendo in medio. Se- cundò, sol producit gemmas in visceribus terræ. Tertiò, magnes trahit ferrum, & succinum paleas. Quartò, torpedo piscis stuporem quandam, & tor- porem incutit manui arundine & lineâ piscantis, cum tamen in arundine ipsâ & lineâ nullum huiusmodi effectum operetur, quod habetur ex Aristotele 9. de Historia Animalium c. 37. & aliis auctoribus omni acceptione maioribus. Quintò, Basiliscus, seu re- gulus dicitur visu occidere homines distantes.

III. Sextò, certum est vetulas intensè, & fixis oculis parvos & pueros, etiam remotos insipientes, eosdem fascinare: de quo licet Delrio in suâ Magiâ dubitet, restamen est certissima, & non solum experientiâ, sed gravissimorum etiam virorum auctoritate fir- mata: id enim refert Aristoteles, Plutarchus, Magi- ster Sententiarum, Albertus Magnus, S. Thomas 1. p. q. 117. a. 3. ad 2. ubi ait, sic igitur, cum anima aliqua fue- rit vehementer commota ad malitiam, sicut maxime in ve- tulabus contingit, efficitur aspectus ejus venenosus, & no- xius, maxime pueris, qui habent corpus tenerum, & facile receptivum impressionis. Hæc ille. Cui auctoritati tan- torum virorum consonat illud Poëtæ, Nescio quis te- neros oculos mihi fascinat agnos. Hoc verò fiteaculan- do quoddam virus ex oculis rectè in oculis alterius, qui cum sint tenerrima pars corporis, facile venenum admittunt, & inficiuntur.

IV. Aliæ etiam adducuntur experientiæ, ut de aquâ fervente in lebetè, cum tamen fundum lebetis sit tem- peratum. Item si oleum fundatur in chartam concavâ, & supponatur lucerna, fervebit oleum ita ut pisces immittos, & ova coquat, charta tamen non combure- tur. Gulgulus avis, etiam distans humores noxios ex hominum oculis ad se attrahit, & ex ijs moritur. Item commune illud experimentum, quo Leodij & alibi utuntur metallorum indagatores, qui utraq; manu virguleum arboris nucis avellanæ tenere solent, & hæc ratione per prata & montes incedere: si verò contin- gat transire eos per locum ubi in terræ visceribus la- tent metalla, præcipue ferrum, movetur statim virga, & in terram inclinatur. Tacta etiam unâ chordâ in fidibus, sonant alia ejusdem toni in fidibus ad inter- vallum aliquod distantibus: & sexcenta huiusmodi.

Ad hæc omnia respondebitur sec. sequente, ubi iterum recurreret sermo de experientiis.

Secunda itaque sententia negat posse rem ullam creatam agere in distans: ita Aristoteles 7. Phy. c. 2. quod fusè ibidem probat. S. Thomas ibid. lec. 2. & 3. & 1. p. q. 8. art. 1. corp. & ad 3. & 3. contra Gent. c. 68. Cajet. ibid. Durand. in 1. d. 18. q. 1. Sua- rez d. 18. Met. f. 8. n. 16. Molina 1. p. q. 8. a. 1. d. 2. Conimb. l. 7. Phy. c. 2. q. 1. a. 2. Rubius ibid. q. 1. n. 9. Hurt. d. 9. Phy. f. 6. n. 70. Arriaga d. 7. Phy. f. n. 48. Oviedo cont. 18. Phy. p. 1. n. 1. & alij. Scotus verò licet citari plerumque soleat pro contrariâ sententiâ, videtur tamen quoad causas creatas expressè asse- rere non posse eas agere in distans, nam in 1. d. 37. q. un. nu. 4. §. ad argumentum explicat Aristotelem de solâ causâ creatâ.

Prima conclusio: non potest agens naturale ope- rari in distans, nisi operando aliquid in medio. Ita Nullum auctores proximè citati. Probatur primò, nam pas- sim experimur interposito inter agens & passum a- liquo corpore actionis incapace, impediri effectum: sic terrâ interposita inter solem & lunam, aut cor- pus aliquod opacum inter lumen & rem illuminan- dam impedit quo minus luminosum in eâ lucem producat. Idem præstant lignum aut paries inter ig- nem & manum; tunc enim nec sol illuminat lunam, nec ignis manum calefacit; ergo signum est hæc om- nia efficere aliquid in medio: alioqui quid impe- dired interpositio alicujus corporis, nisi solum quod corpus interpositum sit incapax effectus qui in illo produci deberet?

Unde, in exemplo torpedinis, si manus tantillum distaret ab arundine, non rigesceret, sicut non ri- gescit manus alterius cujuspiam altantis piscatori: signum ergo est qualitatem quandam per lineam & arundinem trajici ad manum. Idem ad omnes illas experientias dicimus, nec ulteriore ad eas respon- sione est opus. Huiusmodi autem qualitatem in me- dio produci constat ex experientiis numero præce- dente adductis. Quod verò rigescat manus, non li- nea; trahatur à magnete ferrum, non aer, vel lignum interpositum, provenit ex diversâ dispositione ma- teriæ, & naturâ qualitatis emissæ, quæ est attractiva non lignum. hujus non alterius, sicut calor est liquefactivus ceræ, non luti, & sic de aliis huiusmodi.

Dices; medium illud opacum interjectum inter luminosum & rem illuminandam, resistere actioni, & sic impediri luminosum quo minus agat ulterius. Contrà, non resistit medium positivè, seu aliquid efficiendo, sicut calor in subjecto resistit frigori per resistantiam positivam activam, destruendo frigus, seu vires agentis per reactionem imminuendo, sed solum negativè, quia scilicet non est aptum in se re- cipere lucem, seu ut luminosum in ipso lucem pro- ducat; si autem possit aliquid agere in distans, non

I. Secunda sententia negat actionem in distans.

II. Nullum agens naturale potest agere in distans. Probatur experientiâ.

III. Resp. ad exemplum torpedinis & reliqua.

Cur ma- gnes tra- hat ferrum non lignum.

IV. Dicitur medium resistere.

Resp. solum
resistere
medium
negativē,
quia non
est aptum
ad recipien-
dum lucem.

V.
Sequitur
si non agat
in medio,
posse causam
operari
physicē in
quacumque
distantia.

VI.
Occurrit
replere.

VII.
Cur projici
nequeat
lapis in
quacumque
distantia.

VIII.
Cur certa
obus præ-
scribitur
sphaera a-
ctivitatis.

IX.
Angelus
loquens al-
teri nihil
in eo physice
producit.

X.
Agens non
eundem
semper effe-
ctum produ-
cit in
propinquo,
& remoto.

omnino agendo per medium, hæc incapacitas me-
dij non potest illius operationem impedire. Dein-
de, esto resisteret medium agenti quo minus pro-
duceret lucem in ipso corpore opaco, seu medio, non
tamen resisteret nec impediret, quo minus agens
illud produceret effectum in passo capaci distante, si
posset operari in distans nil operando in medio.

Secundò probari hoc solet ex quadam quasi sol-
licitudine quam res omnes præferre videntur, ut
virent vacuum, quod ideo abhorrent quia impedi-
ret quò minus cæli influxus posset ad eas pertinge-
re, quod tamen non esset necessarium si cælum age-
re posset in distans, nihil agendo per medium. Conf.
quia non si agat in medio, potest agere in quacumque
distantiâ, sicut propterea intellectus potest intelligere
in quacumque distantia, quia non dependet in intel-
ligendo à spatio.

Dices primò, major propinquitatē est conditio ut
agens melius operetur, ergo potest esse tanta distan-
tia, ut nihil omnino possit operari. Contrà, ideo
major propinquitatē est conditio, ad facilius operan-
dum, quia trajicitur actio per medium, & facilius
vincitur difficultas parvi medij quam magni, sed si
non requiratur ut trajiciatur actio per medium, non
est major difficultas in magno medio, quam in par-
vo.

Quoad lapidem verò projectum (quod à non-
nullis objicitur) ideo non potest projici in quam-
cumque distantiam, quia impetus, vel virtus motiva
producit motum per totum spatium, per quod mo-
vetur lapis: major autem vis per se loquendo, requi-
ritur ad majorem motum producendum quam ad
minorem, siue motus ille sit intensivè major, siue ex-
tensivè. At verò hic nihil fit nisi talis effectus à tali
causâ, si ergo fieri possit in distantia sex ulnarum,
quidni fieri poterit in distantia septem, vel octo? nec
enim tunc plus produceret, quam modò, ergo non
requireret majorem virtutem, sique in quacumque
distantia posset operari, cum in nullâ plus produca-
tur, quam effectus ille idem, qui produceretur in loco
viciniore.

Dices secundò, cuique rei certam assignari de-
bere sphaeram activitatis, extra quam agere non pos-
sit, ergo res illa, licet agere posset intra sphaeram u-
nius miliaris ex. g. non tamen extra illam. Contrà,
ideo assignantur agentibus certæ sphaeræ activitatis,
quia agendo per medium vires paulatim atteruntur,
ac debilitantur, ita ut ulterius agere non possint, quia
scilicet jam totam suam agendi vim insumperunt,
& planè exhauserunt virtutem. Si autem non esset
necessarium ut agerent in medio, tota adhuc vir-
tus agendi maneret integra, sique non est cur agere
non possent in quacumque distantia, si propinquitatē
non sit necessaria ad agendum.

Dices, Angeli, etiam distantes loquuntur sibi in-
vicem, ergo ibi datur actio in distans, cum Angelus
loquens necessariò aliquid producat in eo cui loqui-
tur. Resp. quicquid fit de modo quo sibi invicem lo-
quuntur Angeli, de quò in materiâ de Angelis, respo-
detur inquam, Angelum, qui loquitur alteri distan-
ti, nihil vel in eo physice producere, vel in me-
dio: sique nihil hoc facit ad præsentem difficulta-
tem.

Secunda conclusio: ut agens creatum producat
aliquid in passo distante, non est necessarium, ut eum-
dem effectum operetur in medio, quem producit in
distante, sed sufficit, quod in medio aliquid operetur
per se conducent ad illum effectum. Prob. sol nam-
que producit metallâ in visceribus terræ, quæ tamen
non producit in cælo, vel aère. Item sol producit ca-
lorem in aère, quem non producit in orbitibus cæle-
stibus, calor enim est qualitas corruptiva, ac proinde

in cælo recipi non potest. Sic etiam ignis subinde ac-
cendit stuppam distantem non accenso aère inter-
medio. Ratio autem horum est, quia licet per se lo-
quendo, & cæteris paribus major propinquitatē passi
conducat ad effectum citius & perfectius inducen-
dum, aliunde tamen compensari potest hic excessus,
per peculiarem scilicet dispositionem passi distantis,
quæ non reperitur in propinquo, ut contingit in ex-
emplis jam adductis.

Deinde similitas agentis & passi non requiritur
quoad omnes partes agentis, sed quoad aliquas tan-
tum, ut constet in magno igne secundum omnes par-
tes producente calorem in aère proximo, & tamen
omnes partes non sunt illi aëri proximæ. Sufficit er-
go si nihil mediet quod non sit vel agens vel passum:
licet namque partes remotiores ignis non sint im-
mediatæ passo, faciunt tamen unum agens cum par-
tibus proximis sique agens est immediatum passo.
Quod eodem modo dicendum est ex parte effe-
ctus.

XI.
Nihil me-
diare de-
bet, quod
non sit vel
agens, vel
passum.

SECTIO III

Objectiones contendentes dari actionem in distans.

Objicies primò illud Actorem 17. v. 28. *Deus n-
on longe abest ab unoquoque nostrum, in ipso vivimus, &
movemur, & sumus:* ubi S. Paulus ex operatione Dei in
nobis probat ejus præsentiam. Resp. cum P. Valsp. 1.
p. d. 28. c. 4. n. 14. solum intendere eo loco Aposto-
lum probare præsentiam intentionalem Dei, non
præsentiam physicam, seu immensitatem, & argue-
re Athenienses cæcitatē, quod cum Deum esse, &
unum esse cognoscere ubique possint ex ejus effecti-
bus quos ubique videbant, imò secum circumfere-
bant, illum tamen ignorarent. Non longè ergo abest
à nostra cognitione, cum ex effectibus reddatur quasi
palpabilis ejus cognitio, ita ut facile ex rebus quas
palpamus, possimus cognoscere unum motorem &
illarum effectorem.

Hæc ergo est argumentatio S. Pauli: in Deo vivi-
mus, & movemur, & sumus, ergo non longè abest ab
unoquoque nostrum illius notitia, vel non est dif-
ficile ipsum cognoscere, cum ex effectibus quos o-
culis intuemur, & palpamus, facile eum cognoscere
possimus, effectus enim manu quasi ducunt in cog-
nitionem causæ. Hic ergo non immensitatem Dei,
sed unitatem intendit probare S. Paulus, eamque o-
stendere Atheniensibus. Imò alioqui argumentum
nihil probaret; probaret enim ad operationem præsentiam
requiri penetrationem, & intimam præsentiam cum
passo, cum Deus sit nobis intimè præsens, & nos illi,
hoc autem non est necessarium ad operationem a-
gentis in passum, ut est manifestum in agentibus
omnibus creatis operantibus per actionem transeun-
tem.

Objicies secundò, illud Psal. 138. v. 7. *si ascendero in
cælum, tu illic es: si descendero in infernum, ades, &c. etenim
illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.*
Resp. per nram hic non intelligi physicam Dei
potentiam, & operationem, sed intentionalem, seu
Dei providentiam, per quam curam omnium gerit
Deus ubicunque fuerint, ut explicant locum illum
S. Hieronymus, & S. Chrysostomus, & post eos Gene-
brardus, & Card. Bellarminus. Unde totus ille Psal-
mus est de cognitione & providentiâ Dei, incipit e-
nim, *Domine probasti me, & cognovisti me, tu cognovisti
inquisitionem meam, & resurrectionem meam, intelligisti cogi-
tationes meas de longe:* & alia quæ illi habentur.

Objicies tertio: quando à calore in igne existen-
te

I.

Apostolus
hoc loco
probare
intendit
præsentiam
intentionalem
Dei,
non physi-
cam.

II.

Si de physice
præsentia
loquitur
Apostolus,
nihil
probatur.

III.

Explicatur
locus ad-
ductus ex
regio. Pro-
phetia.

IV.

te calefit stupa uno vel altero digito ab igne remota, intra sphaeram tamen activitatis ignis, & ubi fuerit disposita, introducitur in eam ab igne illo forma ignis, tunc ignis agit in distans, nihil agendo per medium, nam calor illi in stupâ non producitur ab igne, sed à solo calore, ergo ignis in hoc casu omnino agit in distans. Resp. hoc argumento urgeri illos qui asserunt substantiam solam producere aliam substantiam, accidentia verò in medio, & in passo ad eam omnino non concurrere.

V. In nostrâ autem sententiâ, qui asserimus accidentia, tam quæ sunt in medio & passo, quàm quæ in agente, concurrere cum substantiâ ad productionem illius effectus substantialis, & cum iis constituere unum agens totale, nulla videtur difficultas: nec enim est necessarium secundum ullam sententiam, ut agens totale secundum totum, seu omnes partes suas conjungatur cum effectu, ut patet in partibus remotioribus ignis & solis, sed solum ut conjungatur secundum aliquid sui, nempe secundum accidentia.

VI. Obijciens quartò: aquâ supra ignem ebulliente, fundum lebetis remanet frigidum, ergo ignis calorem producit in distans. P. Arriaga d. 7. Phy. sect. 6. num. 53. ait se occasione hujus argumenti rem hanc semel fuisse expertum, & fundum lebetis sensisse intensè calidum. P. Oviedo è contrâ, Cont. 18. Phy. p. 1. n. 8. testatur se expertum esse contrarium, & dum lebes aquâ fervente plenus subito ab igne amoveretur, lebetis latera præ vehemente calore à nemine tangi potuisse, fundum autem, quod igni erat proximum, moderatum tantum calorem habuisse, ita ut ab omnibus commodè tangi posset. Cui credemus?

VII. Quidquid ergo sit de horum experimento, ad argumentum Resp. ignem in lateribus lebetis ingentem calorem producere, & per illa calefacere aquam. Cur autem fundum lebetis ab igne applicato non calefit, ab omnibus independentem ab hac quæstione solvi debet. Dico itaque, rarefactâ per calorem aquâ, tenuiores ejus partes ascendere, crassioribus semper ad fundum subsidentibus, sicque (frigidiores cum sint) intensi caloris in fundo productionem impedire.

VIII. Notandum tamen, non esse semper opus, ut vel actio, vel effectus per totum medium continuetur, continuatione propriè dictâ, sed sufficit esse plures effectus, & actiones contiguas sibi localiter succedentes, & hoc solo sensu continuas, prout scilicet continuum sonat idem atque continuatum, seu ut partes actiones, & effectus per spatium aliquod non sint ita interruptæ, ut nihil effectus, vel actionis in illo spatio existat, sed quasi per saltum trajiciatur actio: nec enim actio quâ sol producit gemmas, & metalla, est eadem continua actio cum eâ, quâ producit accidentia in medio, ut constat.

IX. Notandum secundò contra nonnullos, qui quando intentior lux, vel calor in remoto producitur, quàm in propinquo, volunt ea produci à substantiâ solis, vel ignis: notandum inquam, hoc non esse necessarium, sed intensior lux, & calor produci possunt à calore & luce in sole, vel igne existentibus, ob meliorem scilicet dispositionem subjecti in remoto, quàm propinquo, sicut ipsi affirmant de substantiâ solis, & ignis.

X. Dices, non solum in pariete, vel speculo, quæ sunt melius disposita, & aptiora ad recipiendam lucem, producitur intensior lux, & calor, sed etiam in aëre illis proximo, qui tamen non est melius dispositus, quàm aliæ partes aëris, quæ sunt viciniore agentis. Contrâ, eadem est difficultas de substantiâ ignis, & solis, cur intensiorem calorem, & lucem producant

in partibus aëris remotioribus, quàm propinquis. Dico itaque, intensiorem illam lucem & calorem in aëre produci posse à calore illo, & luce intensiore, quæ est in pariete, & speculo, & in hoc consistit ratio reflexionis, quod nimirum passum recipiens lucem ab agente, producat intensiorem lucem in partibus medijs sibi proximis versus agens, & hoc modo illam quasi reflectit versus principium, à quo lucem recepit, non quòd eandem numero reflectat, quam recepit, sed aliam similem pauloque minùs intensam. Si autem sit major lux, vel calor in illo medio, quàm in corpore reflectente, tunc recurrit potest ad ignem, vel solem.

Major lux
& calor per
reflexionem

Quid si sit
major lux
in medio,
quàm in
corpore re-
flectente,

SECTIO IV.

An divinius dari possit actio in distans.

Q Uæres an saltem supernaturaliter dari possit actio in distans? Negat P. Molina 1. p. q. 8. a. 1. d. 2. Rubius l. 7. Phy. q. 2. c. 2. & alij.

Contraria tamen sententia est probabilior: ita Tan-
ner. 1. p. d. 2. q. 4. d. 3. n. 6. Oviedo Cont. 18. Phy. p. 3. n. 2. & alij. Ratio est, quia licet naturaliter dari nequeat actio in distans, sicut nec duo corpora quantitativa inter se penetrari, aut idem corpus in duobus locis statui: sicut tamen hæc duo postrema fieri possunt virtute divinâ, ita & primum. Utrum autem ex operatione Dei certò concludatur ejus immensitas, disputandum relinquo Theologis 1. p. q. 8.

Dices, ut res operetur hic, debet esse hic, ergo non potest quidquam illic agere, ubi non est. Existimo hoc argumentum convincere causam intrinsecam nullibi operari posse, ubi non est, cum operatio ipsius aliud nihil sit quàm ejus entitas unita subiecto: ex quo fundamento d. præcedente s. 8. intuli contra P. Oviedo non posse effectum aliquem aliò transferri sine actione illius conservativâ, nec magis posse actionem Romæ tantum existentem conservare Petrum Leodij, quàm albedinem tantum Leodij existentem reddere parietem album Romæ. In agentibus verò extrinsecis nullam habet difficultatem, actio enim non necessariò localiter conjungitur cum principio transeunte operante.

Urgebis, ut ignis operetur hic, debet actio ab illâ profluere hic, hoc autem fieri nequit, nisi ignis sit hic. Contrâ, hoc nimium probaret; hinc enim sequeretur, ignem producentem debere esse in eodem loco cum igne producto, cum ibi operetur. Dices, sufficit si sit in proximo. Contrâ, ergo hæc argumentatio, non valet, si ignis operetur hic, debet ab illo actio profluere hic, vel si ignis dici possit operari in spatio B, licet existat in spatio A, ergo dici similiter poterit operari in spatio B, licet existat in spatio D, aut alio remotiore, ut bene advertit P. Arriaga, d. 7. Phy. l. 6. n. 65.

Dices secundò, ut ignis operetur nunc, debet esse nunc, ergo ut operetur hic, debet esse hic. Contrâ, hoc enim, ut proximè dixi, probaret debere ignem esse in eodem loco cum igne producto, cum necessariò debeat esse in eodem tempore. Deinde dico latam quoad hoc esse differentiam inter locum & tempus, si enim res non sit in hoc tempore, non habet omnino existentiam, sed tunc non est simpliciter: at verò si non sit in hoc loco, non infertur eam non esse simpliciter, nam potest esse in alio. Cujus ratio ulterior est, quia non est nisi unum instantans temporis simul, at verò possunt simul seu eodem tempore existere plura loca.

III.
Causa in-
trinseca ne
operetur hic,
debet esse
hic, non ex-
trinseca.

IV.
Dices, ut
ignis opere-
tur hic, de-
bet actio ab
illo profluere
hic.

Retorque-
tur, & solo
dicitur argu-
mentum.

V.

Differentia
inter tem-
pus, & locum,
quoad ope-
rationem.

SECTIO V.

Utrum ubicatio in agente requiratur antecedenter ad operationem.

- I. **A**ntecedenter, inquam, aliquo enim modo requiri ubicationem, saltem concomitanter, vel consequenter, suppono ex disp. 33. l. 4. ubi probavi non posse rem esse, & nullibi esse.
- II. Dico primo: universim loquendo ubicatio non est conditio antecedenter requisita in causā ad agendum. Prob. quando enim res operatur ad intra, & suas passiones, ac proprietates producit (ut quando anima per emanationem producit intellectum, & voluntatem, si ab ea distinguantur, aut subsistentiam &c.) nullam video necessitatem, cur ad hoc antecedenter requiratur ubicatio. Cujus ratio est, quia ubicatio ad operandum requiritur tanquam applicatio, quā scilicet agens applicetur passio, res autem quāvis est sufficienter applicata sibi, cum a se distaret nequeat, sicque ad operandum in se ubicationem non requirit, cum & agens sit, & passum.
- III. Hinc infero, si homo vel Angelus per impossibile poneretur nullibi, seu omni ubicatione spoliaretur, posse ipsum actus intellectus & voluntatis non minus expedite elicere, quā modō. Idem censeo de sole respectu lucis, de igne, & aquā respectu productionis caloris & frigoris in seipsis, & de aliis similibus.
- IV. Existimo itaque passiones omnes, & proprietates rei cuiuspiam connaturaliter debitas, ut in sole ex.g. subsistentiam, lucem, & ubicationem in eodem signo rationis produci, nec ullum inter eas prioris, & posterioris ordinem inveniri. Imō ulterius addo, tantum abesse ut ubicatio antecedenter se habeat ad productionem vel lucis, vel subsistentiā in sole, ut existimem posse Deum lucem illam aut subsistentiam elevare ad ubicationem, solis primō producendam, sicque posse ubicationem illam esse iis naturā posteriorem. Difficultas ergo tota est in operationibus in passio externo.
- V. Dico secundō: quando primō agens aliquid, ignis ex.g. agit in passum externum, requiritur ubicatione tanquam conditio antecedens ad effectum in passio illo producendum. Ratio est, quia cum nihil agere possit in distans, ad hoc ut causa aliqua opereatur, requiritur approximatō, seu applicatio agentis ad passum, quā consistit in duplici ubicatione, sine quā applicatione non intelligitur causa in actu primo completa, & proximē expedita ad agendum.

Hæc est communis sententia, nec puto Philosophos loqui nisi de primā applicatione, quando ubicationem antecedenter requiri asserunt ad agendum in subiecto extraneo.

Dico tertio: postquam agens & passum semel fuerunt sibi invicem approximata, in instante A ex.g. existimo in instantibus sequentibus, eorum approximationem, seu ubicationes non requiri antecedenter ad operandum, seu pro ullo priori, sed sufficere ut ubicationes habeant se concomitanter cum aliis effectibus, calore scilicet, frigore, & similibus: ita P. Arriaga d. 7. Phy. l. 6. n. 74. Prob. quando enim homo manu tenens lapidem in instante A ex.g. tempore immediatē sequente imprimit illi impulsū, & eum movet versus Orientem, pro illo priori quando imprimit impulsū, & motum producit, non habet approximationem cum lapide, approximatō enim est ubicatio, hæc autem producit per motum, ergo ubicatio est uno signo posterior motu, ergo ad impulsū illum & motum in lapide producendum non requiritur antecedenter ubicatio lapidis, ut videretur manifestum, cum hæc ubicatio sit effectus motus, causa autem & effectus nunquam esse possunt in eodem priori naturæ. Sicut ergo pro priori ad approximationem potest homo in lapide producere motum, & impulsū, quidni etiam in eodem tunc producere poterit calorem, aut alium huiusmodi effectum? ad quem, sicut ad motum & impulsū, sufficit quod immediatē antē fuerit manus lapidi applicata.

Dices; hinc sequi, posse manum in lapide illo producere calorem in sequente instante, licet lapis a manu distaret, cum pro illo priori secundum nos non requiratur ubicatio. Contrā primō: quando Petrus in instante A existens in spatio A, movet se in instante B in spatio B proximum, non requiritur pro priori ad motum illum ubicatio Petri in spatio B: sic enim prius esset in illo spatio quā habeat illam ubicationem, quod fieri nequit, cum in illo spatio sit per ubicationem, & tamen nullus propterea dicit posse Petrum in instante B collocare se in loco distante, sed tantum in proximo, quidni ergo idem in nostro casu dici poterit de productione caloris, & aliorum huiusmodi effectuum? Dico itaque, licet non requiratur ubicatio, seu approximatō pro priori, requiri tamen pro illo instante reali, & concomitanter, cum tamen nec concomitanter poni posset approximatō si lapis illo instante reali esset in loco a manu distante, ut in simili jam ostendi in motu Petri. Videatur P. Arriaga disp. illā citatā, ubi rem hanc fusē, & benē explicat.

DISPUTATIO XXXVII.

De tempore, aternitate, & ævo.

SECTIO PRIMA.

Declaratur quid sit tempus, & aternitas: & in quo inter se, & ab ævo discrepent.

- A**Ristoteles tempus cognitu difficile, explicatu difficilior esse asserit. Cujus ratio, inquit S. Thomas opusc. 44. est, quod tempus sit minime entitatis, & quid successivum, ac veluti lubricum, & semper fugiens sicque oculis se & cognitioni hominum perpetuo subducens. Unde S. Aug. l. 11. Conf. c. 14. Quid sit tempus, inquit, si nemo ex me querat, scio, si querenti explicare velim nescio. Quæ si de tempore vera sint, multo certē magis de aternitate, quæ ut ab hominum conspectu longē remotior, ita captu & explicatu, communi omnium consensu, longē est difficilior.

ARistoteles 4. Phy. t. 101. definitionem temporis tradit his verbis: Tempus est numerus motus secundum prius & posterius. Quæ definitio intelligi debet de partibus determinatis temporis, ut de quadrantibus in horā, horis in die, diebus in mense, mensibus in anno